Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26258
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tur tangere · quod post se futuro cogitur reseruare.
qui sollicitius seruat quam adquirit · molestius
custodit quam rapuit; suspirat enim uigilans ad
quirendo · suspirat dormiens reseruando. nec uigi
lie lete · nec somnus securus. nec dies lętus · nec nox
quieta est. discurrit · torquetur · & gemit. & quasi il
li proficiat quod adquirit · sic augere desiderat ·
quod alii cum suo cruciatu relinquat. ut quale
fuerit patrimonii pondus · talis sollicitudinis ha
beatur & cumulus · Sed dica contrario demedi
ocribus aliquis; ego misericordie instanter im
plerem officia · ego inopes pascerem · egenos fo
uerem · nudos uestirem · ego pauperibus necessaria
uictus impenderem · nec ame inanis quisquā · aut
sine fructu discederet. si mihi facultates suppeterent ·
diutie adessent · copie redundarent · At cum mi
hi necessaria desint · cum operandi facultas necessita
te habendi interdicta sit. cur mihi aut dandi
sterilitas imputatur · aut miserendi cessatio succen
sear. Sed audi quisq hoc loquieris. & recusandi
causas quas obtendis omittit · Nullus miser est nu
si qui misereri noluerit. quia nec quisquam misere
ri desiderans poterit non habere quod tribuat ·